# LIBRI QUINTI

## CONFIRMATIONUM AD BENEFICIA ECCLESIASTICA PER ARCHIDIOECESIN PRAGENAM NUNC PRIMA VICE IN VULGUS PROLATI

## ANNUS 1390.

OPERA ET SUMPTIBUS

FRANCISCI ANTONII TINGL,

PRESBYTERI SAECULARIS, IN MORODOCHIO AD S. CATHARINAM NEO-PRAGAE CURAM ANIMARUM GERENTIS, HAEREDITATIS S. ADALBERTI ET MUSEI REGNI BOHEMIAE MEMBRI.

I. L. 242/5

PRAGAE.

TYPIS NATIONALIS TYPOGRAPHIAE I. L. KOBER.

1865.

78-23/9.

ÚSTŘEDNÍ KNIHOVNA
PRÁVNICKÉ FAKULTY UJEP
STARÝ FOND 03380
Č. inv.:

# Prologus.

Quoniam Christi religio aediumque sacrarum exstructio nexu tam arcto sibi sunt adunatae, ut nullatenus disjungi posse videantur: ab illo inde momento, ubi Bořivojus, piae memoriae dux Bohemorum, sacro baptismate initiatus Christi doctrinam, quam atavi nostri sincero amplexi sunt corde, ex chara Moravia nostram in patriam secum adtulit, etiam christiana templa simul, sacella aedesque coepēre erigi, exstrui, nec non divino cultui voveri, currente aevo ampliari, praeprimis quum tempora, ut Boleslao II. regnante, primi episcopatus Pragensis fundatore, a *Benedicto VI.* summo Pontifice anno 973 confirmati, valde fuerint propitia; deinceps *Carolo IV.* piissimae recordationis imperatore glorioso et Bohemorum patre, cujus singulari opera et favore episcopatus Pragensis, bulla *Clementis* Papae VI. a die 30. Aprilis 1344, in Archiepiscopatum est sublimatus.

Non Praga solum, caput regni, sed et urbes et civitates, imo et pagi Bohemiae saeculis 14. et 15. jactarunt sacella adeo permulta, sublimia, spatiosa, ornata, gemmis, auro argentoque splendida ita, ut extranei in patria nostra degentes templaque haec magnifica perlustrantes, Bohemis justissimas elargirentur laudes et magnopere extollerent tam grandia pietatis documenta. Sic Aeneas Sylvius Siennensis, prosapia Piccolominia ortus, vir eruditione clarissimus, qui Felici V.

Papae et postea Friderico III. Imperatori stetit a secretis, testis dignissimus ac probatissimus, serius episcopus, cardinalis creatus, imo ad summi Pontificatus apicem sub Pii II. nomine evectus, majorem Europae terrarum partem peragrando rite cognoverat, imo a. 1451 ceu nuntius summi Pontificis Bohemiam ingressus, comitiis statuum Bohemiae Benešovii habitis interfuit. Qua ratione et hic optimam nactus est occasionem, proprio intuitu admirandi templa, municipia, pagos aliaque Bohemiae ornamenta. Quamvis natione Italus, nostram tantopere in deliciis habuit patriam, ut eum nequaquam poeniteret, aeras phasesque regni nostri indefessa cum diligentia illustrare, atque typo historiae in lucem edere, quod opus proh dolor! illa tempestate infelici congessit, qua Hussitarum immanis rabies tam contra Christi fideles et ordines religiosos utriusque sexus horrendo modo saevierat, quam non pauca monasteriorum et templorum nostrorum radicitus everterat, quod nihilominus celans, in memoriam posteritatis encomia immortalitatis plena haec annalium tabellis cap. 36. insculpsit:

„Nullum ergo regnum aetate nostra in tota Europa tam frequentibus, tam augustis, tam ornatis templis ditatum fuisse, quam bohemicum reor. Templa in coelum erecta, longitudine atque amplitudine mirabili: fornicibus tegebantur lapideis: altaria in sublimi posita, auro et argento, quo sanctorum reliquiae tegebantur, onusta: sacerdotum vestes Margaritis tectae: ornatus omnis dives, pretiosissima suppellex: fenestrae altae atque amplissimae conspicuo vitro et admirabili opere, ut lucem praebeant. Neque haec tantum in oppidis atque urbibus, sed in villis quoque admirari licebat.“

Quanto igitur majorem in laudem et honorem nationi Bohemorum testimonium hoc editum est a viro laudatissimo: tanto ardentius perlustrare quemlibet patriae amantem oportet historiae nostrae annales aevique antiqui fontes exhaurire et nosse loca, municipia nec non castella, ubi saeculis jamjam praeteritis copiosissimae assurgebant basilicae, monimenta et pietatis et gloriae, nec minus nostrorum patrum eruditionis testimonia luculentissima.

Verum enim vero nosmet certe beati sumus censendi, quod nobis post tam truculenta bellorum internorum tempora, singulari quodam Dei patrocinio, ad hunc diem scaturiant permulti fontes historici saeculorum quarti- ac quinti-decimi,



nondum in vulgus prolati, unde sine dubio licet noscere copiam basilicarum patriae percharae (in archidioecesi Pragena circiter 1970 et in dioecesi Litomyšlensi 130), quae splendidissimae fuerunt et mirum in modum ornatae.

Tales thesauri et profundi fontes topographici revera habendi sunt: „Libri Erectionum,“ „Acta Judiciaria,“ atque praeprimis „Libri Confirmationum“ ad beneficia ecclesiastica per archidioecesin Pragensem, sub auspiciis Vicariorum in spiritualibus generalium in archiepiscopali cancellaria a notariis publicis conscripti.

Praefati „Libri confirmationum“ brevia tantum includunt protocolla authentica, quae collationem praebendarum vacantium, monasteriorum, ecclesiarum parochialium, sacellorum et altarium concernunt, ac patronorum tum temporis ad beneficia praesentantium continent nomina, praeter illa beneficiatorum a curia archiepiscopali investitorum: unde quoque patet modus, conferendi ecclesias e jure canonico tum vigente, ubi vel electio abbatis per monachos legitime peracta requirebatur, vel praesentatio patroni, qua recepta judicium ecclesiasticum edere solebat cridam seu proclamationem, vacante in ecclesia die dominico vel alio festivo faciendam hunc in finem, ut si qui sint, qui se electioni, praesentationi aut personae praesentati gravibus ex causis opponere voluerint, hi coram magistratu competente termino per cridam limitato compareant id facturi, alias elapso termino hoc peremptorio sibimet quisque viam ad contradicendum praecludat.

Quum autem crida praemissa nullum invaluisset impedimentum canonicum, praesentatus praestito juramento solito in ecclesiam introductus et confirmatus fuit ad curam et administrationem spiritualium et temporalium, atque omnibus juribus et pertinentiis suis investitus.

Ad functionem hanc et cridae et juramenti praestandi, nec non introductionis et confirmationis in beneficio deputatus fuit ruri plerumque decanus vel plebanus sub titulo „commissarius seu executor deputatus,“ facultatibus hunc in finem ab ordinario suo aut vicariis ipsius generalibus praemunitus.

In casu vero impedimentorum canonicorum patente crida coram tribunali ecclesiastico rite propositorum, collatio praebendae quoquo modo tamdiu inhibebatur, quamdiu lis, sententia per competentem curiam archiepiscopalem prolata, non dirimeretur, quod affirmant Acta judiciaria Archiepiscopatus Pragensis.

Ejusmodi „Librorum confirmationum" existunt adhuc, praeter copiam in Museo bohemico annos a 1354 usque 1358 comprehendentem, plura a me visa volumina authentica ad diem hunc bene conservata, seriem annorum 1358 usque 1433, exclusis annis 1381 et 1382 complectentia, videlicet:

Libri I., II., V. et VII. in bibliotheca archiepiscopali;

libri VI., VIII. et IX. in archivio Capituli Metropolitani;

libri III. et IV. tomo unico pergamenis inserti, ubi in initio desunt 25 folia, in Museo bohemico.

Ut autem voto e pluribus partibus mihi nuntiato satisfacerem, libros confirmationum potius quam acta judiciaria in publicum nunc proferre decrevi. Quem in finem selegi librum confirmationum, plagulis nonnullis junctis sincere descriptis, typis per singulos annos divulgandum ea de causa, quod sub Vicariatu Joannis Pomuk generali ab anno 1390 usque ad 14. Martii 1393 (quo die adhuc tres actus expedivit), partim congestus est; alioquin utilis ad illustrandam ejusdem vitam scilicet: qua ratione factus fuerit Archidiaconus Zatecensis (25. Aug. 1390) et qua talis juspatronatus in ecclesia parochiali Smolnicensi exequeretur (21. Nov. 1390); partim etiam, quod cum „actis judiciariis" per me editis nexu jungantur arctissimo, praeprimis respectu litium de jurepatronatus inter praesentatos in actis judiciariis obvenientium, quarum sententiae definitivae iterum occurrunt in libris confirmationum.

Quum noster *Eminentissimus ac Serenissimus* **Princeps Cardinalis** *Dominus Dominus meus Gratiosissimus* iterum atque iterum dignatus est, e Sua archiepiscopali bibliotheca codicem praenominatum mihi clementissime mutuum dare divulgandum, Suae Eminentiae pro hacce gratia meas hic loci festino deponere ardentissimas grates humillimasque, cui a Deo ter Optimo Maximo vitam beatam ac diuturnam, faustosque in omnibus



pro ecclesia catholica susceptis laboribus toto ex pectore apprecor successus.

Jam vero debita cum solertia annum 1390 Confirmationum ad beneficia ecclesiastica in publicum proferre non dubito, commonefaciens, me orthographiae, praecipue nominum propriorum tunc temporis usitatae sedulo pepercisse, indicemque locorum sub finem adjecisse.

Quodsi igitur haec editio a Venerabili Clero Bohemiae simulque a viris eruditione non fucata excellentibus, benevole suscepta et amicedijudicata, ulteriorem desideret continuationem operis hujus, annus 1391 Confirmationum brevi in lucem prodibit, in fronte gerens ad verbum allatam presentationem patroni ad vacantem ecclesiam unacum archiepiscopali crida, quae in libris rarissime integra invenitur.

Faxit Deus omnia ad majorem s. ecclesiae et patriae nostrae immarcescibilem gloriam.

Neo-Pragae die S. Mariae Magdalenae sacro mense Julio 1865.

**Fr. A. Tingl.**

## A. 1.

Anno Domini Millesimo Trecentesimo Nonagesimo Indiccione XIII. de mense Marcij incipiendo, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et domini domini Bonifacij Pape noni Anno primo, tempore Venerabilis viri domini Johannis Pomuk decretorum doctoris, Canonici ecclesie Wyssegradensis, Vicarij Reverendissimi in Christo Patris et domini domini Johannis Sancte Pragensis ecclesie Archiepiscopi, apostolice sedis Legati secundi, in Spiritualibus generalis, presens regestrum confirmacionum Abbatum et ecclesiarum, ac aliorum beneficiorum ecclesiasticorum per Petrum Apothecarium de Luticz notarium cancellarie dicti domini Vicarij scribi, continuari ac regestari inceptum est, vt inferius patet etc. et sequitur etc.

Ad ecclesiam in *Zalimow.*

Anno quo supra die quarta mensis Marcij data est crida cum commissione et confirmacione domino Bartholomeo plebano ecclesie in Czista olim ad ecclesiam in Zalimow ex causa permutacionis cum domino Jacobo, de consensu Mikssiconis clientis de Zalimow dicte ecclesie in Zalimow patroni. Deputatus est sibi pro executore plebanus in *Dubenecz.*

Ad ecclesiam in *Czista.*

Anno et die quibus supra data est crida cum confirmacione domino Jacobo olim plebano ecclesie in Zalimow ad ecclesiam in Czista ex causa permutacionis cum domino Bartholomeo, de consensu domini Petri Abbatis et Conuentus Monasterij in

*Opathouicz* ordinis sancti Benedicti dicte ecclesie in Czista patronorum. Deputatus est sibi pro executore plebanus in *Kalna*.

Ad altare seu perpetuam missam in ecclesia *Sancti Nicolai* Maioris Ciuitatis *Pragensis* beate Marie Virginis.

Johannes Pomuk etc. Notum facimus tenore presencium vniuersis, quod nos ad presentacionem et peticionem honeste matrone domine Clare relicte quondam Henslini Freybergerij ciuis Maioris Ciuitatis Pragensis in et ad altare beate Marie Virginis in ecclesia Sancti Nicolai Maioris Ciuitatis Pragensis per ipsam dominam Claram de nouo dotatum et per nos in beneficium ecclesiasticum erectum, in quo prefata domina Clara juspatronatus dinoscitur obtinere, discretum virum dominum Paulum Johannis Geblini de noua Civitate presbyterum Cracouiensis diocesis presencium exhibitorem rectorem legitimum instituimus et ministrum, ipsumque de predicto altari cum omnibus juribus et pertinencijs suis inuestiuimus et presentibus inuestimus, curam et administracionem spiritualium et temporalium eiusdem altaris eidem comittimus, ipsumque ad predictum altare confirmantes. In cuius etc. Datum Prage Anno domini M°CCCLXXXX°. die quinta mensis Marcij.

Ad ecclesiam in *Romberg*.

Anno quo supra die quinta mensis Marcij data est crida cum commissione et confirmacione domino Johanni de Bissoffczwerd ad ecclesiam in Romberg ad presentacionem et peticionem Nobilis viri domini Hinconis dicti Berka de Duba, domini in Honstein et in Lippa, per mortem domini Reinoldi vacantem. Deputatus est sibi pro executore plebanus in *Iwa*.

Ad ecclesiam in *Wrbna*.

Johannes Pomuk etc. Notum facimus tenore presencium vniuersis, quod nos ad presentacionem et peticionem Venerabilium et Religiosorum virorum dominorum Sdenconis supremi magistri et conuentus hospitalis sancti Francisci in pede pontis Pragensis Cruciferorum cum Stella ordinis Sancti Augustini, in et ad ecclesiam in Wrbna per mortem domini Swathonis vltimi et immediati ipsius ecclesie rectoris vacantem, in qua prefatus Magister et Conuentus juspatronatus dinoscuntur obtinere, discretum virum dominum Benessium de Horziessowicz presbyterum Pragensis diocesis presencium exhibitorem, crida etc. Datum Prage Anno Domini M°CCCLXXXX die XI. mensis Marcij.



## A. II.

Ad altare sanctorum Petri et Pauli Apostolorum et aliorum Apostolorum in *Noua Domo*.

Anno quo supra die XI. mensis Marcij data est crida cum confirmacione domino Johanni clerico de Wlczetin ad altare sanctorum Petri et Pauli Apostolorum in Noua domo ad presentacionem et peticionem Nobilis viri domini Hermanni de Noua Domo per liberam resignacionem domini Johannis vacans. Deputatus est sibi pro executore plebanus in Noua Domo.

Ad ecclesiam in *Lewyn*.

Anno quo supra die XII. mensis Marcij data est crida cum confirmacione domino Vito presbytero de Janowicz alias de Sedelczan ad ecclesiam in Lewin, ad presentacionem et peticionem Nobilis viri domini Theodrici de Janowicz per mortem domini Hasconis vacantem. Deputatus est sibi pro executore plebanus in *Czrmna*.

Ad ecclesiam in *Studenka*.

Anno quo supra die XIX. mensis Marcij data est crida cum confirmacione domino Pessiconi presbytero de Low ad ecclesiam in Studenka ad presentacionem nobilis viri domini Hinconis dicti Berka de Duba domini in Honstein et in Lipa, per mortem domini Duchconis vacantem. Deputatus est sibi pro executore plebanus in *Kosmonoss* decanus *Boleslauiensis*.

Ad ecclesiam in *Krssowicz*.

Anno quo supra die XXI. mensis Marcij data est crida cum commissione et confirmacione domino Laurencio olim plebano ecclesie in Otrib ad ecclesiam in Krssowicz ex causa permutacionis cum domino Johanne olim plebano ecclesie in Krssowicz de consensu Hermanni et Johannis filij ipsius de — clientum, et fuit sibi plebanus in *Bykanss* pro executore deputatus.

Ad ecclesiam in *Otrib*.

Anno quo supra die XXI. mensis Marcij data est crida cum confirmacione domino Johanni olim plebano ecclesie in

Krssowicz ad ecclesiam in Otrib ex causa permutacionis cum domino Laurencio de consensu Petri clientis de Otrib dicte ecclesie in Otrib patroni. Deputatus est sibi pro executore plebanus in *Bicans*.

Ad ecclesiam in *Mczel*.

Johannes Pomuk etc. quod nos ad presentacionem et peticionem honorabilis viri domini Wenceslai de Jenczenstein canonici ecclesie Sancti Petri Wissegradensis prope Pragam, in et ad ecclesiam parochialem in Mczel per mortem dom. Thome, vltimi et immediati ipsius ecclesie rectoris vacantem, in qua prefatus dominus Wenceslaus racione sue dicte prebende juspatronatus dinoscitur obtinere, discretum virum dominum Johannem de Marssowicz presbyterum Pragensis diocesis crida etc. In cuius rei testimonium presentes literas fieri et sigilli Vicariatus nostri appensione iussimus communiri. Datum Prage Anno Domini 1390 die XXI. mensis Marcij.

**A. III.**

Ad altare sancti Wenceslai seu perpetuam missam in ecclesia *Boleslauiensi*.

Johannes Pomuk etc. Quod nos ad presentacionem et peticionem Serenissimi Principis et domini domini Wenceslai Dei gracia Romanorum Regis semper Augusti et Boemie Regis, in et ad ecclesiam Sancti Wenceslai seu perpetuam missam in ecclesia Boleslauiensi per mortem domini Bohunconis vltimi et immediati ipsius altaris rectoris vacans, in quo prefatus dominus Rex juspatronatus dinoscitur obtinere, honorabilem dominum Otticonem plebanum ecclesie in *Rziczano* crida etc. Datum Prage Anno Domini 1390 die XXI. mensis Marcij.

Ad ecclesiam in *Rzewnicz*.

Johannes Pomuk etc. Notum facimus tenore presencium vniuersis, quod nos ad presentacionem et peticionem Venerabilis et Religiosi viri domini magistri Sdenconis supremi, nec non tocius conuentus hospitalis domus Sancti Francisci Cruciferorum cum stella in latere pontis Pragensis ordinis Sancti Augustini, in et ad ecclesiam parochialem in Rzewnicz per mortem domini Staniconis vltimi et immediati ipsius ecclesie rectoris vacantem, in qua prefati magister Zdenco et conuentus juspatronatus dinoscuntur obtinere, discretum virum dominum Hrzkonem presbyterum de Gurim Pragensis diocesis crida seu proclamacione premissa etc. In cuius rei testimonium etc. Datum Prage Anno Domini 1390 die XXI. mensis Marcij.



Ad ecclesiam in *Burzenicz*.

Anno quo supra die XXIV. mensis Marcij data est crida cum commissione et confirmacione domino Jaxoni presbytero ibidem de Burzenicz presbytero Pragene dioceseos ad ecclesiam parochialem in Burzenicz per mortem domini Nicolai et vltimi et immediati ipsius ecclesie rectoris, ad presentacionem et peticionem strenui Militis domini Vlrici dicti Tluxa ibidem de Burzenicz, et fuit sibi pro executore deputatus plebanus in *Krziessin*.

Ad ecclesiam in *Hlupyetin*.

Joh. Pomuk etc. Notum facimus tenore presencium vniuersis, quod nos ad presentacionem et peticionem Venerabilium et Religiosorum virorum dominorum supremi magistri Zdenconis, Johannis Prioris et Conuentus domus hospitalis Sancti Francisci in latere pontis Pragensis ordinis Sancti Augustini, in et ad ecclesiam parochialem in Hlupyetin per mortem domini Petri dicti Koza vltimi et immediati ipsius rectoris vacantem presentancium, in qua prefati domini Magister et Conuentus juspatronatus dinoscuntur obtinere, discretum virum Hanconem de Jessemirz clericum Pragensis diocesis crida etc. In cuius rei testimonium presentes literas fieri et sigilli Vicariatus appensione iussimus communiri. Datum Prage Anno Domini 1390 die XXVII. mensis Marcij.

**A. III.**

Ad ecclesiam in *Minori Slatina*.

Anno quo supra die XI. mensis Aprilis data est crida cum confirmacione domino Martino olim plebano ecclesie in Chotecz ad ecclesiam in Minori Slatina ex causa permutacionis cum domino Johanne de consensu domini Johannis Militis ibidem de Slatina alias de Waleczow dicte ecclesie in Slatina patroni. Deputatus est sibi pro executore plebanus in *Costelecz* decanus *Giczinensis*.

Ad ecclesim in *Chotecz*.

Anno quo supra die XI. mensis Aprilis data est crida cum confirmacione domino Johanni olim plebano ecclesie et Minori

Slatina ad ecclesiam in Chotecz ex causa permutacionis cum domino Martino de consensu Przibiconis clientis de Giekew residentis in Chotecz dicte ecclesie in Chotecz patroni. Deputatus est sibi pro executore plebanus in *Costelecz* decanus Giczinensis.

Ad ecclesiam in *Lestnicz*.

Anno quo supra die XII. mensis Aprilis data est crida cum commissione et confirmacione domino Wenceslao olim plebano ecclesie in *Tiss* ad ecclesiam in Lestnicz, de consensu honorabilis et Religiosi viri domini Johannis Abbatis monasterij Aule regie ordinis Cisterciens. dicte ecclesie in Lestnicz, patroni ex causa permutacionis cum domino Martino olim plebano ecclesie in Lestnicz, et fuit sibi pro executore plebanus ecclesie in *Mnyssek* deputatus.

Ad ecclesiam in *Tiss*.

Anno quo supra die XII. mensis Aprilis data est crida cum commiss. et confirmacione domino Martino olim plebano in Lestnicz ad ecclesiam in Tiss de consensu Venerabilis et Religiosi viri magistri Zdenconis supremi hospitalis in latere pontis Pragensis dicte ecclesie in Lestnicz patroni ex causa permutacionis cum domino Wenceslao olim plebano in Tiss, et fuit sibi pro executore plebanus in *Chiss* deputatus.

Ad ecclesiam in *Dubna*.

Johannes Pomuk etc. Quod nos ad presentacionem et peticionem famosorum virorum Jodoci et Benessij fratrum germanorum clientum de Dubna in et ad ecclesiam parochialem ibidem in Dubna per mortem domini Cristanni vltimi et immediati rectoris eiusdem vacantem, in qua praefati clientes juspatronatus dinoscuntur obtinere, discretum virum dominum Franconem de Dubna presbyterum crida seu proclamacione premissa etc. Datum Prage Anno Domini 1390 die XII. mensis Aprilis.

**A. IV.**

Ad ecclesiam in *Waltheriuilla*.

Johannes Pomuk etc. quod nos ad presentacionem et peticionem Nobilis viri Nicolai de Panewicz in et ad ecclesiam



parochialem in Waltheriuilla per mortem domini Nicolai vltimi et immediati rectoris eiusdem vacantem, in qua prefatus Nobilis dominus Nicolaus juspatronatus dinoscitur obtinere, discretum virum Wenceslaum de Wunselburg presbyterum Pragensis diocesis crida etc. Datum Prage Anno Domini 1390 die XIV. mensis Aprilis.

Ad ecclesiam in *Bora*.

Johannes Pomuk etc. Quod nos ad presentacionem et peticionem Venerabilium et Religiosorum virorum dominorum Abbatis et Conuentus Monasterij Czedliczensis ordinis Cisterciensis Pragensis diocesis in et ad ecclesiam in Bora vacantem ex eo et pro eo, quia dominus Georgius immediatus et vltimus rector ipsius aliud beneficium incompassibile pacifice est assecutus, in qua prefati domini Abbas et Conuentus juspatronatus dinoscuntur obtinere, discretum virum dominum Jacobum de Luna presbyterum Vicarium ecclesie Wissegradensis etc., in cuius rei testimonium presentes literas fieri et sigilli Vicariatus nostri appensione iussimus communiri. Datum Prage Anno Domini 1390 die XI. mensis Aprilis.

Ad ecclesiam in *Swietla*.

Nicolaus Puchnik licenciatus in descretis, Pragensis et Olomucensis ecclesiarum Canonicus, Officialis et Vicarius in Spiritualibus Reurendissimi in Christo Patris et domini domini Johannis etc. Quod nos in et ad ecclesiam parochialem in Swietla per resignacionem domini Damyani vltimi et immediati rectoris eiusdem ex causa permutacionis in manibus nostris factam, per nos receptam et admissam vacantem, de consensu Venerabilis et Religiosi viri domini Petri Abbatis Monasterij in Wilemow ordinis sancti Benedicti dicte ecclesie in Swietla patroni, discretum virum dominum Blasium olim plebanum ecclesie in *Wiscouicz* Olomucene diocesis cum dicto domino Damyano pro ecclesia in Swietla antedicta permutantem in persona discreti viri domini Petri presbyteri de Nouasella procuratoris sui pro eo, de cuius procurator per instrumentum publicum per Andream natum Nicolai de Lompnicz clericum Pragensis diocesis imperiali auctoritate publicum notarium confectum, ac signo et nomine ipsi solitis et consuetis consignatum coram nobis docuit crida etc. Datum Prage anno Domini 1390 die XVIII. mensis Aprilis.

### A. IV.

Ad ecclesiam in *Chinow*.

Nicolaus Puchnik etc. Quod nos ad presentacionem et peticionem Venerabilis viri Magistri Fridmanni sacre theologie professoris Canonici prebendati ecclesie Tinensis in et ad ecclesiam parochialem seu perpetuam Vicariam in Chinow per mortem domini Mathie vltimi et immediati rectoris eiusdem vacantem, in qua prefatus magister Fridmannus racione dictorum canonicatus et prebende ecclesie Tinensis juspatronatus dinoscitur obtinere, honorabilem virum magistrum Johannem Vgcziconis magistrum in artibus in persona Wenceslai alias Wachconis procuratoris sui veri et legitimi crida seu proclamatione etc. Datum Prage Anno Domini 1390 die XXII. mensis Aprilis.

Ad ecclesiam in *Ziffridiuilla*.

Anno quo supra die XXV. mensis Aprilis data est crida cum commissione et confirmacione domino Paulo olim plebano ecclesie in Henrici Villa ad ecclesiam in Zyffridiuilla ex causa permutacionis cum domino Nicolao de consensu Nobilis viri domini Hassconis de Lemberg dicte ecclesie in Ziffridiuilla patroni. Deputatus est sibi pro executore plebanus in *Wartemberg* decanus *Gablonensis*.

Ad ecclesiam in *Henriciuilla* alias alba ecclesia.

Anno quo supra die XXV. mensis Aprilis data est crida cum commissione et confirmacione domino Nicolao olim plebano in Ziffridiuilla, ad ecclesiam in Henriciuilla ex causa permutacionis cum domino Paulo de consensu Nobilis viri domini Wilhelmi de Donyn et domini in Reynund, dicte ecclesie in Henrici Villa patroni. Deputatus est sibi pro executore plebanus in *Craczowia*.

Ad ecclesiam in *Kobila*.

Anno quo supra die vltima mensis Aprilis data est crida cum confirmacione domino Johanni presbytero de Genissouicz ad ecclesiam in Kobila per mortem domini Nyemote vltimi et immediati rectoris eiusdem vacantem, ad presentacionem et peticionem honestorum virorum Woythiechonis de Colessow,



Vlrici et Henrici de Colessow, Hermanni de Mlynecz et Hinconis de Wladorzicz. Deputatus est sibi pro executore plebanus in Luticz.

Ad ecclesiam in *Letow*.

Anno quo supra die VII. mensis Maij data est crida cum commissione et confirm. domino Procopio olim plebano ecclesie in Czernocz ad ecclesiam in Letow ex causa permutacionis de consensu Nobilis viri domini Henrici de Duba magistri curie, dicte ecclesie in Letow patroni, et fuit sibi pro executore plebanus in *Blssano* deputatus.

### A. V.

Ad ecclesiam in *Czernocz*.

Anno quo supra die VII. mensis Maij data est crida cum confirmacione ac commissione domino Frenczlino olim plebano in Letow ad ecclesiam in Czernocz ex causa permutacionis cum domino Procopio de consensu Fremutonis clientis de Pulcra curia, et fuit sibi pro executore p. in *Sobyechleb* deputatus.

Ad ecclesiam in *Sedelczano*.

Anno quo supra die XIV. mensis Maij data est crida cum commissione et confirmacione domino Nicolao Andree de Baworow presbytero Prag. dioc. ad ecclesiam parochialem in Sedelczano per mortem domini Othmari vltimi et immediati rectoris eiusdem vacantem, ad presentacionem et peticionem Magnifici domini Henrici de Rosemberg. Deputatus est sibi pro executore plebanus in *Dudlebicz*.

Ad altare Corporis Christi et omnium Sanctorum in ecclesia parochiali in *Cotwicz*.

Anno quo supra die XI. mensis Maij data est crida cum confirmacione domino Blasconi plebano ecclesie in Czrmna ad altare Corporis Christi et omnium Sanctorum in ecclesia parochiali in Cotwicz per mortem domini Crucis vacans, ad presentacionem Nobilium virorum Nicolai et Wolffardi fratrum dictorum de Colyn. Deputatus est sibi pro executore plebanus in *Wlczicz*.

Ad altare Sti Georgij in ecclesia omnium Sanctorum in *Miza* de nouo erectum.

Anno quo supra die XVI. mensis Maij data est crida cum confirmacione domino Johanni nato olim Mathonis de Miza presbytero Prag. dioc. ad altare Sti Georgij seu perpetuam missam in ecclesia omnium Sanctorum ibidem in Miza de nouo dotatum et per nos in beneficium ecclesiasticum erectum ad presentacionem et peticionem prouidorum virorum Judicis et Juratorum ciuitatis ibidem in Miza. Deputatus est sibi pro executore plebanus in *Dubrawa*.

Ad ecclesiam in *Smrdow*.

Anno quo supra die XVIII. mensis Maij data est crida cum confirmacione domino Johanni olim plebano ecclesie in *Switawek* Olomucen. diocesis ad ecclesiam in Smrdow Prag. dioc. ex causa permutacionis cum domino Petro de consensu domini Petri Abbatis monasterij in Wilemow ordinis Sti Benedicti dicte ecclesie in Smrdow patroni. Deputatus est sibi pro executore plebanus in *Dobronicz*.

Ad ecclesiam in *Syenomath*.

Anno quo supra die XVIII. mensis Maij data est crida cum commissione et confirmacione domino Jaclino olim plebano ecclesie in Horzieticz ad ecclesiam in Syenomath ex causa permutacionis cum domino Johanne olim plebano in Syenomath de consensu Serenissimi Principis et domini domini Wenceslai Romanorum semper Augusti et Boemiae Regis dicte ecclesie in Syenomath patroni, et fuit sibi pro executore deputatus plebanus in *Luzna*.

A. V.

Ad ecclesiam in *Horzieticz*.

Anno quo supra die XVIII. mensis Maij data est crida cum commissione et confirmacione domino Johanni olim plebano ecclesie in Syenomath ad ecclesiam in Horzieticz ex causa permutacionis cum domino Jaclino plebano in Syenomath de consensu Pessiconis et Nechwalonis fratrum de Horzieticz ac orphanorum quondam Stiborij ibidem de Horzieticz eiusdem ecclesie in Horzieticz patronorum, et fuit sibi pro executore decanus *Zacensis* deputatus.



Ad ecclesiam in *Semilkowicz*.

Nicolaus Puchnik licenciatus in decretis etc. Notum facimus tenore presencium vniuersis, quod nos ad presentacionem et peticionem honorabilium et Religiosorum virorum dominorum Henrici Abbatis, Nicolai Prioris tociusque conuentus monasterij Sti. Ambrosij in noua Ciuitate Pragensi ordinis Sti. Benedicti, in et ad ecclesiam parochialem in Semilkowicz per mortem domini Mladothe vltimi et immediati ipsius ecclesie rectoris vacantem, in qua prefati Abbas et Conuentus juspatronatus dinoscuntur obtinere, discretum virum dominum Johannem de Mssen presbyterum Prag. dioc. crida etc. In cuius rei testimonium etc. Datum Prage Anno Domini 1390 die XXVI. mensis Maij.

Ad ecclesiam in *Jancow*.

Anno quo supra die XXVII. mensis Maij data est crida cum confirmacione Religioso fratri Dyuissio professo Monasterij Siloensis ordinis Cistercien. ad ecclesiam parochialem in Jancow, ad presentacionem et peticionem Nobilis viri domini Johannis de Jancow dicti de Wlassim per mortem domini Nicolai vacantem. Deputatus est sibi pro executore plebanus in *Slapanow*.

Ad ecclesiam in *Milewicz*.

Nicolaus Puchnik licenciatus in decretis etc. Notum facimus tenore presencium vniuersis, quod nos in et ad ecclesiam parochialem in Milewicz per resignacionem domini Hunssonis vltimi et immediati ipsius ecclesie rectoris ex causa permutacionis in manibus nostris factam, per nos receptam et admissam vacantem, de consensu Venerabilis viri domini Johannis licenciati in decretis Archidiaconi *Gradicensis* dicte in Milewicz patroni, discretum virum dominum Petrum olim plebanum ecclesie in *Roztok* cum dicto domino Hunssone pro ecclesia in Milewicz antedicta permutantem, crida seu proclamacione premissa etc. In cuius rei testimonium presentes literas fieri et sigilli Vicariatus nostri appensione iussimus communiri. Datum Prage Anno Domini 1390 die X. mensis Junij.

Ad ecclesiam in *Roztok*.

Nicolaus Puchnik licenciatus in decretis etc. Notum facimus tenore presencium vniuersis, quod nos in et ad ecclesiam in Roztok per resignacionem domini Petri vltimi et immediati ipsius ecclesie rectoris ex causa permutacionis in manibus nostris factam, per nos receptam et admissam vacantem, de consensu Nobilis domine Eulogie de Costelecz dicte de Networzicz dicte ecclesie in Roztok patrone (A. VI.) discretum virum dominum Hunssonem olim plebanum ecclesie in Milewicz cum dicto domino Petro pro ecclesia in Roztok antedicta permutantem crida seu proclamacione premissa rectorem legitimum instituimus et plebanum, ipsumque de predicta ecclesia cum omnibus juribus et pertinencijs suis inuestiuimus et presentibus inuestimus, curam animarum et regimen dicte ecclesie in Roztok eidem committimus, ipsum ad eandem in Dei nomine transferentes. In cuius etc. Datum Prage Anno Domini 1390 die X. mensis Junij.

Ad ecclesiam in *Ziffridiuilla*.

Anno quo supra die XV. mensis Junij data est crida cum commissione et confirmacione domino Vito presbytero de Wuslemburg presbytero Prag. dioc. ad ecclesiam parochialem in Ziffridiuilla per liberam resignacionem domini Mathie plebani ecclesie in Ziffridiuilla, qui propter senectutem eidem preesse non valuit neque valet, ad presentacionem domini Conradi de Ziffridiuilla alias de Nymans, et fuit sibi pro executore deputatus dominus decanus *Glacensis*.

Ad ecclesiam in *Czihost*.

Nicolaus Puchnik etc. Quod nos in et ad ecclesiam parochialem in Czihostz per resignacionem domini Bartholomei vltimi et immediati rectoris eiusdem ex causa permutacionis in manibus nostris factam, per nos receptam et admissam vacantem, de consensu Cunasconis clientis de Czihost eiusdem ecclesie in Czihost patroni, discr. virum dominum Paulum olim plebanum ecclesie in *Rzecziczka* cum domino Bartholomeo pro ecclesia in Czihostz antedicta permutantem crida seu proclamacione etc. Datum Prage Anno Domini 1390 die XVI. mensis Junij.



**A. VI.**

Ad ecclesiam parochialem in *Rzieczizka*.

Nicolaus Puchnik etc. Quod nos in et ad ecclesiam parochialem in Rziecziczka per resignacionem domini Pauli vlt. et immediati ipsius ecclesie rectoris ex causa permutacionis in manibus nost. fact. per nos receptam et admissam vacantem de consensu Nobilis viri domini Wilhelmi de Landestein dicte ecclesie in Rziecziczka patroni, discr. virum dominum Bartholomeum olim plebanum ecclesie in Czihostz, cum domino Paulo pro ecclesia in Rziecziczka antedicta permutantem crida seu proclamacione premissa etc. In cuius rei testimonium presentes literas fieri et sigilli Vicariatus nostri appensione iussimus communiri. Datum Prage Anno Domini 1390. die XVI. mensis Junij.

Ad ecclesiam in *Ledczie*.

Nicolaus Puchnik etc. Notum facimus tenore presencium vniuersis, quod nos ad presentac. et petic. famosi viri Przisnaconis clientis de Ledczie in et ad ecclesiam parochialem ibidem in Ledczie per mortem domini Laurencij vlt. et immed. ipsius ecclesie rectoris vacantem, in qua prefatus Przisnaco cliens juspatr. dinoscitur obtinere, discr. virum dominum Mauricium presbyterum de Rziczano crida seu proclamacione etc. In cuius rei etc. Datum Prage Anno Domini 1390. die XVII. mensis Junij.

Ad ecclesiam in *Brlozecz*.

Anno quo supra die XX. mensis Junij data est crida cum confirmacione domino Leoni de Budow ad ecclesiam parochialem in Brlozecz per mortem domini Andree vacantem ad presentacionem domini Jacobi Dyewiessilonis, Johannis dicti Kosslowecz, Cunssonis ibidem de Brlozecz et Benede de Smilow clientum. Deputatus est sibi pro executore plebanus in *Luticz*.

Ad ecclesiam in *Tirchaw*.

Anno quo supra die XXIII. mensis Junij data est crida cum confirmacione domino Nicolao quondam Petri de Zandaw presbytero Prag. dioc. ad ecclesiam in Tirchaw per mortem domini Nocolai vacantem ad presentacionem Ranfuldi et Alberti

fratrum de Opil residencium ibidem in Tirchaw. Deputatus est sibi pro executore plebanus in *Zffridi Villa.*

Ad ecclesiam in *Prziedslaw.*

Anno quo supra die XXIII. mensis Junij data est crida cum confirmacione domino Henrico plebano ecclesie in *Skorzicz* ad ecclesiam in Prziedslaw per mortem domini Czastowogij vacantem ad presentacionem Nobilis viri domini Hincziconis dicti Phlug de Orlik et Frane clientis de Prziedslaw. Deputatus est sibi pro executore plebanus in *Mieczin.*

### A. VII.

Ad ecclesiam in *Lhotka.*

Anno quo supra die XXIV. mensis Junij data est crida cum confirmacione domino Gregorio presbytero de Chlumecz ad ecclesiam parochialem in Lhotka per resignacionem domini Petri vacantem ad presentacionem Hasconis et Sdenconis dicti Labunski clientum de Kossicz. Deputatus est sibi pro executore decanus *Bidzouiensis* et idem debet recipere resignacionem a dicto domino Petro plebano antedicto.

Ad altare omnium Sanctor. in ecclesia parochiali in *Naczeracz.*

Anno quo supra die XXV. mensis Junij data est crida cum commissione Johanni Henrici clerico de Naczeracz Prag. dioc. ad altare omnium Sanctor. in Naczeracz ibidem ad presentacionem Vitkonis de Selmberg alias de Podole, et fuit sibi pro executore deputatus plebanus in *Camberg.*

Ad ecclesiam in *Skorzicz.*

Anno quo supra die XXVI. mensis Junij data est crida cum confirmacione domino Egidio presbytero de Rziedhost ad ecclesiam parochialem in Skorzicz vacantem ex eo, quod dominus Henricus vltimus rector eiusdem ecclesiam parochialem in Prziedslaw pacifice est assecutus, ad presentacionem Nechwalonis, Sazeme, Borzconis et ceterorum fratrum de Drstka. Deputatus est sibi pro executore plebanus in *Chilicz.*

Ad ecclesiam in *Loza.*

Anno quo supra die XXVI. mensis Junij data est crida cum commissione et confirmacione domino Wenceslao presbytero de — ad ecclesiam parochialem in Loza per mortem domini — vltimi et immediati ipsius ecclesie rectoris ad presentacionem domini Johannis Mymonye de Loza, et fuit sibi pro executore deputatus plebanus in *Byela.*



Ad ecclesiam in *Slawkow.*

Anno quo supra die XXVII. mensis Junij data est crida cum confirmacione domino Wenceslao presbytero de Wirow ad ecclesiam in Slawkow per resignacionem liberam domini Przibiconis vacantem ad presentacionem Johannis clientis de Mezipotoczie. Deputatus est sibi pro executore decanus *Dudlebensis.*

### A. VII.

Ad ecclesiam sancti Petri in suburbio Ciuitatis *Grecensis.*

Anno quo supra die vltima mensis Junij data est crida cum confirmacione domino Bedrico olim plebano ecclesie in *Chrustowicz* Luthomislensis diocesis ad ecclesiam Sti Petri in suburbio Ciuitatis Grecensis de consensu Abbatis et Conuentus Monasterij Opathouicensis ordinis Sti Benedicti Pragensis diocesis. Deputatus est sibi pro executore plebanus ecclesie sancti Nicolai ibidem in suburbio Grecensi.

Ad altare sanctorum decem millia Militum Martirum in ecclesia in *Drachow.*

Anno quo supra data est crida cum confirmacione domino Petro Cunczlini de Wossels ad altare decem Millia Martirum Militum in ecclessia parochiali in Drachow per mortem bone memorie domini Jenissij vacans ad presentacionem Stephani plebani ibidem in Drachow et Johannis clientis de Paczow alias de Drachow. Deputatus est sibi pro executore plebanus in Drachow.

Ad perpetuam missam sancti Wenceslai in ecclesia *Boleslauiensi.*

Johannes Pomuk etc., quod nos in et perpetuam missam sancti Wenceslai in ecclesia Boleslauiensi per resignacionem domini Otticonis vltimi et immed. rectoris eiusdem ex causa permutacionis in manibus nostris factam, per nos receptam et admissam vacantem de consensu Serenissimi Principis et domini domini Wenceslai Dei gracia Romanorum Regis et Boemie Regis semper Augusti dicte misse patroni, discr. virum dominum Henricum olim altaristam altaris sancti Nicolai in eadem

ecclesia Boleslauiensi cum dicto domino Otticone pro perpetua missa antedicta permutantem crida etc. In cuius rei etc. Datum Prage Anno Domini 1390. die quinta mensis Julij.

Ad ecelesiam in *Thusmicz.*

Johannes Pomuk etc. Notum facimum tenore presencium vniuersis, quod nos ad presentacionem et petic. honorabilium et Religiosorum virorum dominorum Johannis Abbatis et Conuentus Monasterij in Grunhaim ordinis Cisterciensis in et ad ecclesiam parochialem in Thusmicz per mortem domini Pertoldi vlt. et immed. ipsius ecclesie rectoris vacantem, in qua prefati domini Abbas et Conuentus juspatr. dinoscuntur obtinere, discr. virum Conradum Truczler clericum Neumburgensis diocesis crida etc. In cuius rei etc. Datum Prage Anno Domini 1390. die VI. mensis Julij.

A. VIII.

Ad ecclesiam in *Tynyst.*

Anno quo supra die VII. mensis Julij data est crida cum confirmacione domino Busskoni olim plebano ecclesie in Skuhrow ad eeclesiam in Tynyst ex causa permutacionis cum domino Sebcone de consensu Nobilis viri domini Pothonis de Czastolowicz dicte ecclesie in Tynyst patroni. Deputatus est sibi pro executore plebanus in *Czastolowicz.*

Ad ecclesiam in *Skuhrow.*

Anno quo supra die VII. mensis Julij data est crida cum confirmacione domino Sebconi olim plebano ecclesie in Tynyst ad ecclesiam in Skuhrow ex causa permutacionis cum domino Busskone de consensu domini Pothonis de Czastolowicz. Deputatus est sibi pro executore plebanus in *Lucawicz.*

Ad altare sanctorum Symonis et Jude Apostolorum in ecclesia *sancti Galli* maioris ciuitatatis *Pragensis.*

Johannes Pomuk etc. Notum facimus tenore presencium vniuersis, quod nos in et ad altare sctor. Symonis et Jude Apostolorum in ecclesia Sti Galli Maioris ciuitatis Pragen. per resignacionem domini Procopij vltimi et immed. ipsius rectoris ex causa permutacionis in manibus nostr. fact., per nos recept. et admissam vacans, de consensu prouidi viri Mathie de Clumyn dicti de Turri ciuis Prageni dicti altaris patroni, discretum virum dominum Zachariam olim plebanum ecclesie in *Bossna* cum dicto domino Procopio pro altari predicto permutantem crida seu proclamacione etc. In cuius rei etc. Datum Prage Anno Domini 1390 die IX. mensis Julij.



Ad ecclesiam in *Bossna.*

Joh. Pomuk etc. Notum facimus tenore presencium vniuersis, quod nos in et ad ecclesiam in Bossna per resignacionem domini Zacharie vltimi et immediati ipsius ecclesie rectoris in manibus nostris etc. vacantem, de consensu nobilium virorum dominorum Johannis et Johannis dicti Czrnecz ac Blahutonis de Bossen, nec non Herssonis de Waleczew dicte ecclesie in Bossen patronorum discretum virum dominum Procopium olim altaristam sanctorum Symonis et Jude Apostolorum in ecclesia parochiali Sti Galli maioris ciuitatis Pragensis cum dicto domino Zacharia pro ecclesia predicta permutantem crida etc. In cuius rei etc. Datum Prage Anno Domini 1390 die IX. mensis Julij.

A. VIII.

Ad ecclesiam in *Albrechzreid.*

Anno quo supra die IX. mensis Julij data est crida cum comissione et confirmacione fratri Petro professo Monasterij in Windberg ordinis Premonstratensis ad ecclesiam parochialem in Albrechczreid ad presentacionem et peticionem honorabilis viri fratris Vlrici, Abbatis Monasterij Windbergensis ordinis Premonstratensium tociusque Conuentus, per resignacionem fratris Christani professi ordinis eiusdem, et fuit sibi pro executore deputatus plebanus ecclesie in *Raychenstain.*

Ad ecclesiam in *Strakonicz.*

Joh. Pomuk etc., quod nos ad presentacionem et peticionem Illustrissimi Principis Domini Semouiti ducis Thessinensis prioris Boemie ordinis sancti Johannis hospitalis Jerosolimitani in et ad ecclesiam parochialem in Strakonicz per liberam resignacionem fratris Johannis vltimi et immediati rectoris eiusdem vacantem, in qua prefatus dominus dux juspatronatus dinoscitur obtinere, honorabilem et Religiosum virum fratrem Nicolaum dictum Ryczner professum domus sancte Marie in pede pontis Prag. ordinis predicti crida etc. Datum Prage Anno Domini 1390 die XI. mensis Julij.

Ad ecclesiam in *Krzieczhora.*

Joh. Pomuk etc., quod nos ad presentacionem et peticionem honorabilis viri domini Wenceslai altariste altaris sctor. Symonis et Jude Apostolorum in ecclesia Pragensi in et ad ecclesiam parochialem in Krzieczhora per mortem domini Benessij vltimi et immediati rectoris eiusdem vacantem, in qua prefatus dominus Wenceslaus racione altaris sui antedicti juspatronatus dinoscitur obtinere, honorabilem virum dominum Johannem dictum Prassye canonicum ecclesie Wissegradensis predicta crida etc. Datum Prage Anno Domini 1390 die XI. mensis Julij.

Ad ecclesiam in *Landek.*

Anno quo supra die XII. mensis Julij data est crida cum commissione et confirmacione domino Johanni olim plebano ecclesie in *Brzyeza* ad ecclesiam in Landek ex causa permutacionis cum domino Nicolao olim plebano in Landek, de consensu Venerabilium et Religiosorum virorum dominorum Abbatis et Conuentus monasterij in Tepla ordinis Premonstratensis, et fuit sibi pro executore deputatus plebanus in *Tepla.*

Ad ecclesiam in *Brzieza.*

Anno quo supra die XII. mensis Julij data est crida cum confirmacione et commissione domino Nicolao olim plebano ecclesie in Landek, ad ecclesiam in Brzieza ex causa permutacionis cum domino Johanne olim plebano ecclesie in Brzieza de consensu Venerabilium et Religiosorum virorum dominorum Abbatis et Conuentus monasterij Teplensis ordinis Premonstratensis, et fuit sibi pro executore deputatus plebanus in *Pernharcz.*

**A. IX.**

Ad ecclesiam in *Brzistz.*

Anno quo supra die XV. mensis Julij data est crida cum commissione et confirmacione domino Benessio professo monasterij Siloensis ordinis Premonstratensis ad ecclesiam in Brzistz per liberam resignacionem fratris Wenceslai professi monasterij et ordinis eiusdem, ad presentacionem honorabilium et Religiosorum virorum dominorum Abbatis et Conuentus predicti ordinis, et fuit sibi deputatus pro executore plebanus ecclesie in *Czierkwicz* decanus *Rzeczicensis.*



Ad ecclesiam in *Illauia.*

Anno quo supra die XVIII. mensis Julij data est crida cum confirmacione domino Nicolao olim plebano ecclesie in Bernstein ad ecclesiam in Illauia ex causa permutacionis cum domino Johanne de consensu Alberti et Cunadi fratrum de Naptiĉz dicte ecclesie in Illauia patronorum. Deputatus est sibi pro executore plebanus in *Turmicz* decanus *Vscensis.*

Ad ecclesiam in *Coyn.*

Anno quo supra die XVIII. mensis Julij data est crida cum confirmacione domino Petro olim plebano ecclesie in Bernstein ad ecclesiam in Coyn ex causa permutacionis cum domino Nicolao de consensu nobilium virorum dominorum Sigismundi et Wenceslai fratrum de Coldicz dicte ecclesie in Coyn patronorum. Deputatus est sibi pro executore plebanus in *Turmicz.*

Ad ecclesiam in *Libcziewes.*

Anno quo supra die XIX. mensis Julij data est crida cum confirmacione domino Nicolao Petri de Trziebiewlicz presbytero Prag. dioc. ad ecclesiam in Libcziewes ad presentacionem domini Pessiconis de Minycz residentis in Libcziewes per mortem domini Prothiewe vltimi rectoris eiusdem vacantem. Deputatus est sibi pro executore plebanus in *Dlaskouicz* decanus *Trebenicensis.*

Ad ecclesiam in *Wiskerz.*

Anno quo supra die XX. mensis Julij data est crida cum confirmacione domino Procopio olim plebano in Hlawicz ad dictam ecclesiam in Wiskerz de consensu dominorum Petri de Wartmberg domini in Kost et Petri de Wartmberg domini in Wessel, Johannis filij pie memorie Zbraslai de Wiskerz, Wenceslai dicti Lutka, Naczconis et Johannis filiorum pie memorie fratrum de Wiskirzie etc. ex causa permutacionis facta pro dicta ecclesia in Wiskerz cum dicto domino Procopio pro ecclesia sua predicta in *Hlawicz.*

**A. IX.**

Ad ecclesiam in *Hlawicz.*

Anno quo supra die XX. mensis Julij data est crida cum translacione domino Vlrico olim plebano in Wiskerz ad ec-

clesiam in Hlawicz ex causa permutacionis facta cum domino Vlrico pro dicta sua ecclesia in Wiskerz, de consensu dominorum Abbatis et conuentus in Gradismonachorum dicte ecclesie in Hlawicz patronorum. Datus est —

Ad ecclesiam in *Pohnans.*

Joh. Pomuk etc., quod nos ad presentacionem et peticionem prouidi viri Petri clientis de Pohnans in et ad ecclesiam ibidem in Pohnans per mortem domini Viti vltimi et immediati ipsius ecclesie rectoris vacantem, in qua dominus Petrus cliens juspatronatus dinoscitur obtinere, discretum virum dominum Nicolaum dictum Mnych presbyterum Pragensis diocesis crida etc. Datum Prage Anno Domini 1390 die XX. mensis Julij.

Ad ecclesiam sancti Stephani in *suburbio Luthomericensi.*

Anno quo supra die XXI. mensis Julij data est crida cum translacione domino Jacobo plebano ecclesie sancti Stephani predicte ad ecclesiam in Jurntain ex causa permutacionis cum domino Ottone pro eadem ecclesia in Jurntain facta de consensu nobilis domini Zigismundi de Coldicz eiusdem ecclesie in Jurntain patroni. Datus est eidem pro executore plebanus in lacu etc.

Ad ecclesiam in *Jurntain.*

Anno quo supra die XXI. mensis Julij data est crida cum translacione domino Ottoni plebano ecclesie in Jurntain ad ecclesiam Sti. Stephani in suburbio Luthomericensi ex causa permutacionis facta cum domino Jacobo plebano ecclesie Sti. Stephani in suburbio Luthomericensi pro eadem ecclesia sua, de consensu Venerabilis viri dom. Henrici de Hakenburn prepositi ecclesie Scti Stephani in Luthomericz dicte ecclesie Scti Stephani patroni. Datus est eidem pro executore plebanus Omnium Sanctorum ibidem in *Luthomericz.*

Ad ecclesiam in *Brazecz.*

Joh. Pomuk etc. Notum facimus tenore presencium vniuersis, quod nos in et ad ecclesiam in Brazecz per resignacionem domini Conradi vltimi et immediati ipsius ecclesie rectoris ex causa permutacionis in manibus nostris factam et per nos receptam et admissam, vacantem de consensu Wieczemili



de Brazecz, Hanussij de Grunwald et Ffriczconis clientis de Trziebyewlicz dicte ecclesie in Brazecz patronorum, discretum virum dominum Mathiam plebanum ecclesie in *Lomazicz* pro eadem sua ecclesia cum dicto domino Conrado pro dicta ecclesia in Brazecz permutantem crida etc. In cuius rei etc. Datum Prage Anno Domini 1390 die XXVI. mensis Julij.

**A. X.**

Ad ecclesiam in *Lomazicz.*

Joh. Pomuk etc., quod nos in et ad ecclesiam parochialem in Lomazicz per resignacionem domini Mathie vltimi et immediati rectoris eiusdem ex causa permutacionis in manibus nostris etc. vacantem de consensu Odoleni senioris, Odoleni junioris de Petipes clientum, dicte ecclesie in Lomazicz patronorum, discretum virum dominum Conradum olim plebanum ecclesie Brazecz cum dicto domino Mathia pro ecclesia in Lomazicz antedicta permutantem crida etc. Datum Prage Anno Domini 1390 die XXVI. mensis Julij.

Ad ecclesiam in *Nyempczicz.*

Anno et die quibus supra data est crida cum confirmacione domino Chwaloni quondam Marquardi de Vgezd ad ecclesiam in Nyempczicz ad presentacionem et peticionem Johannis dicti Hroza clientis de Wlhlad per mortem domini Blasconis vacantem. Deputatus est sibi pro executore plebanus in *Pisczin.*

Ad ecclesiam in *Vgezd.*

Joh. Pomuk etc., quod nos ad presentacionem et peticionem Nobilis viri domini Borssonis de Ossyek in et ad ecclesiam parochialem in Vgezd per mortem domini Johannis vltimi et immediati ipsius ecclesie rectoris vacantem, in qua prefatus dominus Borsso juspatronatus dinoscitur obtinere, discretum virum dominum Laurencium de Knyn presbyterum Pragensis diocesis crida seu proclamacione etc. In cuius rei testimonium etc. Datum Prage Anno Domini 1390 die XXVI. mensis Julij.

Ad ecclesiam in *Borek.*

Johannes Pomuk etc., quod nos ad presentacionem et peticionem Serenissimi Principis et domini domini Wenceslai

Romanorum Regis semper Augusti et Boemie Regis in et ad ecclesiam parochialem in Borek per mortem domini — vltimi et immediati ipsius ecclesie rectoris vacantem, in qua prefatus dominus Rex juspatronatus dinoscitur, discretum virum dominum Vlricum capellanum de Tocznik presbyterum Prag. diocesis crida seu proclamacione etc. In cuius rei etc. Datum Prage Anno Domini 1390 die XXVI. mensis Julij.

### A. X.

Ad ecclesiam in *Wodnano*.

Johannes Pomuk etc., quod nos ad presentacionem et peticionem Serenissimi Principis et domini domini Wenceslai Dei gracia Romanorum Regis semper Augusti et Boemie Regis in et ad ecclesiam parochialem in Wodnano per mortem domini Prziedothe vltimi et immediati rectoris eiusdem vacantem, in qua prefatus dominus Rex juspatronatus dinoscitur obtinere, honorabilem virum dominum Jenissium olim plebanum ecclesie in *Hlawatecz* crida etc. Datum Prage Anno Domini 1390 die XXVII. mensis Julij.

Ad ecclesiam in *Skorkow*.

Anno quo supra die penultima mensis Julij data est crida cum commissione et confirmacione domino Clementi de *Budina* presbytero Pragen. diocesis ad ecclesiam parochialem in Skorkow per mortem domini Herssonis vltimi rectoris eiusdem ad presentacionem Nobilis viri domini Johannis de Michlsperg, et fuit sibi pro executore plebanus in *Pfziedmericz*, deputatus.

Ad ecclesiam in *Wrzieskowicz*.

Anno quo supra, die V. mensis Augusti data est crida cum commissione et confirmacione discreto viro Buskoni nato Przibiconis ibidem ad ecclesiam parochialem similiter in Wrzieskowicz per mortem domini Drslai plebani vltimi eiusdem ad presentacionem strenuorum Militum Raczkonis de Schanangar et Nyepronis militum de Rupow, et fuit sibi pro executore decanus *Glatouiensis* deputatus.

Ad ecclesiam in *Weletaw*.

Anno quo supra die V. mensis Augusti data est crida cum commissione et confirmacione domino Wenceslao presbytero de Jendicz ad ecclesiam parochialem in Weletaw per mortem domini S—— vltimi rectoris eiusdem, ad presentacionem honorabilium et Religiosorum virorum dominorum Abbatis et Conuentus monasterij in Czedlicz ordinis Cistercien., et fuit sibi pro executore deputatus plebanus in *Conarzowicz* decanus *Coloniensis*.



### B. I.

Ad ecclesiam in *Bernharticz*.

Anno quo supra die X. mensis Augusti data est crida cum confirmacione Religioso viro fratri Diepoldo professo Monasterij Milocensis ordinis Premonstratensis ad ecclesiam parochialem in Bernharticz per mortem domini Johannis vltimi rectoris eiusdem, ad presentacionem domini Francisci Abbatis Monasterij Milocen. antedicti. Deputatus est sibi pro executore plebanus sancte Marie in *Milewsk*.

Ad eeclesiam in *Stussina*.

Anno quo supra die XI. mensis Augusti data est crida cum confirmacione domino Petro plebano ecclesie in Hosczalouicz Luthomyslen. dioc. ad ecclesiam in Stussina Pragen. diocesis ex causa permutacionis cum domino Nicolao de consensu domini Petri Abbatis Monasterij in Wilemow ordinis sancti Benedicti. Deputatus est sibi pro executore decanus *Czaslauiensis* plebanus in *Jenicow*.

Ad ecclesiam in *Byestowicz* et eius filialem in *Choczna*.

Joh. Pomuk etc. Notum facimus tenore presencium vniuersis, quod nos ad presentacionem et peticionem nobilis viri domini Johannis do nouo Castro dicti de Lychenburg in et ad ecclesiam parochialem in Byestowicz et eius filialem in Choczna per mortem domini Johannis vltimi et immediati ipsius ecclesie rectoris vacantem, in qua prefatus Johannes juspatronatus dinoscitur obtinere, discretum virum dominum Johannem olim plebanum ecclesie in Pyesseczna crida etc. In cuius rei testimonium etc. Datum Prage Anno Domini 1390 die XII. mensis Augusti.

Ad ecclesiam in *Waldemberg*.

Anno quo supra die XII. mensis Augusti data est crida cum commissione et confirmacione domino Henslino olim ple-

bano ecclesie in Kostelecz ad ecclesiam in Waldemberg, ex causa permutacionis cum domino Rampssone olim plebano in Waldemberg, de consensu nobilis viri domini Johannis de Zampach alias de Potenstain, dicte ecclesie in Waldemberg patroni, et fuit sibi pro executore deputatus plebanus in *Kostelecz.*

Ad ecclesiam in *Kostelecz.*

Anno quo supra die XII. mensis Augusti data est crida cum commissione et confirmacione domino Rampsoni olim plebano ecclesie in Waldemberg, ad ecclesiam in Kostelecz ex causa permutacionis cum domino Henslino olim plebano in Kostelecz de consensu Reuerendissimi in Christo Patris domini Johannis Archiepiscopi Pragensis ac Wenceslai et Pauli fratrum de Jenczenstain dicte ecclesie in Kostelecz patroni, et fuit sibi pro executore deputatus plebanus in *Vpicz.*

**B. I.**

Ad ecclesiam in *Mrtnik.*

Joh. Pomuk etc., quod nos ad presentacionem et peticionem famosi viri Otticonis clientis da Conarow in et ad ecclesiam parochialem in Mrtnik per mortem domini Johannis vlt. et immediati ipsius ecclesie rectoris vacantem, in qua prefatus cliens juspatronatus dinoscitur obtinere, discretum virum dominum Mauricium presbyterum de Vnhostz Pragensis diocesis crida seu proclamacione premissis etc. In cuius rei testimonium etc. Datum Prage Anno Domini 1390 die XVII. mensis Augusti.

Ad ecclesiam in *Cziebuss.*

Anno quo supra die XVIII. mensis Augusti data est crida cum confirmacione domino Conrado capellano in Castro Cost ad ecclesiam in Cziebuss ad presentacionem Nobilis viri domini Petri de Wartemberg domini in Kost per mortem domini Johannis vltimi et immediati rectoris eiusdem vacantem. Deputatus est sibi pro executore plebanus in *Czrnyelow.*

Ad capellam in castro *Kost.*

Anno quo supra die XVIII. mensis Augusti data est crida cum confirmacione domino Johanni dicto Krziwik ad capellam



in castro Kost ad presentacionem Nobilis viri domini Petri de Kost vacantem ex eo, quod dominus Conradus vltimus rector eiusdem ecclesiam parochialem in Cziebuss est assecutus.

Ad ecclesiam in *Trnowa.*

Johannes Pomuk etc. Notum facimus tenore presencium vniuersis, quod nos ad presentacionem et peticionem honorabilium at Religiosorum virorum dominorum Diuissij Abbatis, nec non tocius Conuentus Monasterij Brewnouiensis ordinis sancti Benedicti in et ad ecclesiam parochialem in Trnowa per mortem domini Martini vltimi et immediati ipsius ecclesie rectoris vacantem, in qua prefati Abbas et Conuentus juspatronatus dinoscuntur obtinere, discretum virum dominum Stephanum dictum Postal presbyterum Pragensis diocesis crida etc. In cuius rei etc. Datum Prage Anno Domini 1390 die XIX. mensis Augusti.

Ad ecclesiam in *Ruffa.*

Anno quo supra die XX. mensis Augusti data est crida cum commissione et confirmacione fratri Jeronimo professo Monasterij Milocensis ordinis Premonstratensis ad ecclesiam in Ruffa vacantem ex causa, quod frater Dyepoldus dicti Monasterij professus aliud beneficium est pacifice assecutus, videlicet ecclesiam parochialem in Bernharticz ad presentacionem Abbatis et Conuentus Monasterij Milocensis antedicti, et fuit sibi pro executore plebanus in *Milewsk* deputatus.

**B. II.**

Ad ecclesiam in *Richnow.*

Anno quo supra die XX. mensis Augusti data est crida cum confirmacione domino Johanni olim plebano ecclesie in *Jawornik* ad ecclesiam in Richnow ex causa permutacionis cum domino Johanne de consensu domini Anshelmi de Ronow dicte ecclesie in Richnow patroni. Deputatus est sibi pro executore decanus *Zittauiensis.*

Ad ecclesiam in *Rybna.*

Anno quo supra die XX. mensis Augusti data est crida cum confirmacione domino Martino presbytero de Czastolouicz ad ecclesiam in Rybna ad presentacionem Nobilis viri domini

Pothonis de Czastolowicz vacantem ex eo, quod dominus Bohunco vltimus et immediatus rector eiusdem aliud beneficium ecclesiasticum pacifice est assecutus. Deputatus est sibi pro executore plebanus in *Skuhrow.*

Ad altare sancti Nicolai in ecclesia parochiali in *Glathouia.*

Anno quo supra die XXI. mensis Augusti data est crida cum confirmacione domino Johanni presbytero de Harawicz ad altare sancti Nicolai in ecclesia parochiali in Glathouia per mortem domini Johanconis vacans, ad presentacionem Vlrici Anderlini panificis, Pesslini, Pesspur, Freczkonis preurbani, Johlini Peysspir, Henrici Gamlech, Pesslini, Marssonis ciuium de Glathouia. Deputatus est sibi pro executore decanus *Glathouiensis* in *Sczepanouicz.*

Ad ecclesiam *sancti Galli* maioris ciuitatis *Pragensis.*

Nicolaus Puchnik licenciatus in decretis, Pragensis et Olomucensis ecclesiarum Canonicus, Officialis et Vicarius in Spiritualibus Reuerendissimi in Christo Patris et domini domini Johannis sancte Pragensis ecclesie Archiepiscopi, apostolice sedis Legati generalis. Notum facimus tenore presencium vniuersis, quod nos in et ad ecclesiam parochialem Sti. Galli Maioris Ciuitatis Pragensis per resignacionem honorabilis viri domini *Johannis Pomuk* decretorum doctoris, vltimi et immediati ipsius ecclesie rectoris, ex causa permutacionis in manibus nostris factam, per nos receptam et admissam vacantem, de consensu honorabilis viri domini Petri miseracione diuina Prepositi Pragensis ecclesie dicti de Janowicz dicte ecclesie sancti Galli patroni, honorabilem virum dominum *Leonardum* olim *Archidiaconum Zacensem* in ecclesia Pragensi predicta cum dicto dominio Johanne pro ecclesia sti. Galli predicta permutantem crida etc. In cuius rei etc. Datum Prage Anno Domini 1390 die XXV. mensis Augusti.

**B. II.**

Ad ecclesiam in *Borziegow.*

Anno quo supra die XXVI. mensis Augusti data est crida cum commissione et confirmacione domino Johanni presbytero de Chotyetow ad ecclesiam in Borziegow per liberam resignacionem domini Jodoci vltimi et immediati ipsius ecclesie rectoris ad presentacionem dominorum Hinconis et Henrici fratrum de Duba, alias in Huska, et fuit sibi pro executore plebanus in *Kruh* deputatus.



Ad ecclesiam in *Reychenberg.*

Anno quo supra die XXVI. mensis Augusti data est crida cum commissione et confirmacione domino Trapittlawwe olim plebano in Conradiuilla, ad ecclesiam in Reychenberg ex causa permutacionis cum domino Nicolao Rotman olim p. in Reychenberg, de consensu Nobilis viri domini Czenconis de Donen dicte ecclesie in Reychenberg patroni, et fuit sibi pro executore plebanus in *Fridericiuilla* deputatus.

Ad ecclesiam in *Vtwyna.*

Anno quo supra die XXVII. mensis Augusti data est crida cum confirmacione Religioso fratri Borzithe professo Monasterij Milocensis ordinis Premonstratensis ad ecclesiam parochialem in Vtwina ad presentacionem et peticionem domini Francisci Abbatis Monasterij Milocensis predicti vacantem ex eo, quod dominus Habardus aliud officium incompassibile est assecutus. Deputatus est sibi pro executore plebanus in *Tuzim.*

Ad altare beatorum Viti et Wenceslai et ceterorum patronorum in ecclesia *sancti Galli in Praga.*

Johannes Pomuk decretorum doctor Archidiaconus Zacensis in ecclesia Pragensi Vicarius etc., quod nos ad presentacionem et peticionem honeste domine Margarethe relicte olim Hansse Benessaib in et ad altare beatorum Viti, Wenceslai ceterorumque patronorum in ecclesia sancti Galli maioris Ciuitatis Pragensis per mortem domini Michaelis vltimi et immediati rectoris eiusdem vacans, in quo prefata domina Margaretha juspatronatus dinoscitur obtinere, discretum virum dominum Martinum de Broda boemicali presbyterum Pragene diocesis in persona domini Wenceslai presbyteri de Vtwina procuratoris sui pro eo crida etc. Datum Prage Anno Domini 1390 die XXVI. mensis Augusti.

Ad ecclesiam in *Wozicz.*

Johannes Pomuk decretorum doctor etc., quod nos ad presentacionem et peticionem Nobilis viri domini Purchardi dicti Strnad de Bosicz in et ad ecclesiam ibidem in Bozicz

per mortem bone memorie domini Pessiconis vltimi et immediati ipsius ecclesie rectoris vacantem, in qua prefatus Purchardus juspatronatus dinoscitur obtinere, discretum virum dominum Stephanum olim plebanum in Janow crida seu proclamacione etc. In cuius rei testimonium etc. Datum Anno Domini 1390 die XXIX. mensis Augusti.

**B. III.**

Ad Archidiaconatum *Zacensem* in ecclesia Pragensi.

Nicolaus Puchnik licenciatus in decretis etc., quod nos in et ad Archidiaconatum Zacensem in ecclesia Pragensi per resignacionem honorabilis viri domini *Leonardi* vltimi et immediati ipsius Archidiaconatus rectoris ex causa permutacionis in manibus nostris etc. vacantem, de consensu Reuerendissimi in Christo Patris et dni. dni. Johannis Archiepiscopi supradicti, cuius Archidiaconatus collacio, prouisio seu queuius alia disposicio ad eundem dominum Archiepiscopum jure ordinario noscitur pertinere, honorabilem virum *Magistrum Johannem Pomuk decretorum doctorem* cum dicto domino Leonardo pro ecclesia sancti Galli maioris Ciuitatis Pragensis permutantem, crida seu proclamacione premissa Rectorem legitimum instituimus et Archidiaconum, ipsumque de predicto Archidiaconatu cum omnibus juribus et pertinencijs suis inuestiuimus et presentibus inuestimus, curam fori contenciosi nec non administracionem spiritualium et temporalium sibi committimus in eodem, ipsum ad predictum Archidiaconatum transferentes et confirmantes. In cuius rei etc. Datum Prage Anno Domini 1390 die XXVI. mensis Augusti.

Ad ecclesiam parochialem in *Peczka*.

Johannes Pomuk etc., quod nos in et ad ecclesiam parochialem in Peczka per resignacionem domini Nicolai vltimi et immediati rectoris eiusdem ex causa permutacionis in manibus nostris etc. vacantem de consensu famosorum virorum Wenceslai dicti Wolek et Marsonis de Bohunyewicz dicte ecclesie in Peczka patronorum, discretum virum dominum Johannem olim plebanum ecclesie in Nouauilla cum dicto domino Nicolao pro ecclesia in Peczka antedicta permutantem, crida etc. Datum Prage Anno domini 1390 die quinta mensis Septembris.

Ad ecclesiam parochialem in *Nouauilla*.

Johannes Pomuk etc., quod nos in et ad ecclesiam parochialem in Nouauilla per resignacionem domini Johannis vltimi



et immediati rectoris eiusdem ex causa permutacionis in manibus nostris factam etc., vacantem de consensu Venerabilis et Religiosi viri domini Theodrici Abbatis Monasterij Czedliczensis ordinis Cisterciensis Pragene diocesis dicte ecclesie patroni, discretum virum dominum Nicolaum olim plebanum in Peczka cum dicto domino Johanne pro ecclesia in Nouauilla antedicta permutantem crida etc. Datum Prage Anno Domini 1390 die quinta mensis Septembris.

**B. III.**

Ad ecclesiam in *Chotussicz*.

Anno quo supra die quinta mensis Septembris data est crida cum confirmacione domino Conrado olim plebano in Cruppa ad ecclesiam in Chotussicz alias in Kotwicz ex causa permutacionis cum domino Petro, de consensu domini Theodrici Abbatis Monasterij Czedlicensis ordinis Cisterciensis dicte ecclesie in Chotussicz patroni. Deputatus est sibi pro executore plebanus in *Zehussicz*.

Ad ecclesiam in *Cruppa*.

Anno quo supra die quinta mensis Septembris data est crida cum confirmacione domino Petro olim plebano ecclesie in Chotussicz alias Kotwicz ad ecclesiam in Cruppa ex causa permutacionis cum domino Conrado, de consensu domini Jesconis de Ronowecz patroni dicte ecclesie in Cruppa. Deputatus est sibi pro executore plebanus in *Skwrow*.

Ad ecclesiam in *Studenka*.

Anno quo supra die VII. mensis Septembris data est crida cum confirmacione Johanni Johannis de Quietkow clerico Pragensis diocesis ad ecclesiam parochialem in Studenka, per liberam resignacionem domini Pessiconis vltimi et immediati rectoris eiusdem vacantem, ad presentacionem et peticionem Nobilis viri domini Hinconis dicti Berka de Duba domini in Hoenstein et in Lipa. Deputatus est sibi pro executore decanus Boleslauiensis plebanus in *Kosmonoss*.

Ad ecclesiam in *Kunygsperg*.

Anno quo supra die VII. mensis Septembris data est crida cum confirmacione Religioso viro fratri Nicolao professo domus

hospitalis sancti Francisci in Praga ordinis sancti Augustini ad ecclesiam parochialem in Kunygsperg ad presentacionem et peticionem domini Sdenconis supremi Magistri ordinis predicti per liberam resignacionem fratris Thome vacantem. Deputatus est sibi pro executore plebanus in *Falknaw*.

Ad ecclesiam in *Bohdanecz*.

Anno quo supra die IX. mensis Septembris data est crida cum confirmacione domino Cruci Simonis de Sobyeslaw presbytero Pragensis diocesis ad ecclesiam parochialem in Bohdanecz ad presentacionem et peticionem Roberti, Cztiborij, Johannis de Bohdanecz clientum et Waczonis de Slechtin, per mortem domini Rywini, vltimi eiusdem ecclesie rectoris vacantem. Deputatus est sibi pro executore decanus *Stiepanouiensis* plebanus in *Suticz*.

**B. IV.**

Ad ecclesiam *sancti Michaelis* Maioris Ciuitatis *Pragensis*.

Johannes Pomuk decretorum doctor Archidiaconus Zacensis in ecclesia Pragensi, Vicarius in Spiritualibus etc., quod nos ad presentacionem et peticionem Serenissimi Principis et domini domini Wenceslai Dei gracia Romanorum Regis semper Augusti et Boemie Regis, in et ad ecclesiam parochialem sancti Michaelis Maioris Ciuitatis Pragensis, per mortem domini Thome vltimi et immediati rectoris eiusdem vacantem, in qua prefatus dominus Rex juspatronatus dinoscitur obtinere, honorabilem et Religiosum virum fratrem Bernhardum professum Monasterij Sderasiensis in Praga Ordinis Cruciferorum sancti sepulcri Dominici, crida seu proclamacione premissa etc. Datum Prage Anno Domini 1390 die XII. mensis Septembris.

Ad ecclesiam in *Janow*.

Johannes Pomuk decretorum doctor etc., quod nos ad presentacionem et peticionem Nobilis viri domini Purkardi dicti Strnad de Janow, magistri camere Serenissimi Principis et domini domini Wenceslai Dei gracia Romanorum et Boemie regis, in et ad ecclesiam parochialem ibidem in Janow vacantem ex eo, quod dominus Stephanus vltimus et immediatus rector eiusdem ecclesiam parochialem in Wozicz pacifice assecutus, in qua prefatus dominus Purkardus juspatronatus dinoscitur obtinere, discretum virum Petrum Woytiechonis de Thost clericum Wratislauiensis diocesis crida seu proclamacione etc. Datum Prage Anno Domini 1390 die XII. mensis Septembris.



**b. IV.**

Ad capellam in *Sbraslauicz*, de nouo dotatam et erectam.

Johannes Pomuk etc., quod nos ad presentacionem et peticionem Nobilis viri domini Nicolai dicti Colowrat de Chrzienouicz alias de Sbraslauicz in et ad capellaniam in ecclesia parochiali ibidem in Sbraslauicz per eundem dominum Nicolaum de nouo dotatam et per nos in beneficium ecclesiasticum errectam, in qua prefatus dominus Nicolaus juspatronatus dinoscitur obtinere, discretum virum dominum Johannem de Juueniboleslauia presbyterum Pragensis dioceseos rectorem legitimum instituimus et ministrum, ipsumque de predicta capellania etc. Datum Prage Anno Domini 1390 die tercia mensis Octobris.

Ad ecclesiam parochialem in *Gyczin*.

Johannes Pomuk etc. Quod nos ad presentacionem et peticionem Nobilium virorum dominorum Petri de Wartemberg domini in Wessel et Petri de Wartemberg domini in Kost tutoris et prouisoris domini Petri de Wessel antedicti, in et ad ecclesiam parochialem in Gyczin vacantem per mortem domini Nicolai vltimi et immediati eiusdem rectoris, in qua prefati domini dinoscuntur juspatr. obtinere, discretum virum Nicolaum Fridrici de Bysschowsswerd clerici Wratislauiensis diocesis crida seu proclamacione premissa etc. Datum Prage Anno Domini 1390 die III. mensis Octobris.

Ad ecclesiam parochialem in *Nechanicz*.

Johannes Pomuk etc. Quod nos ad presentacionem et peticionem nobilis viri domini Cztyborij clientis de Nechanicz in et ad ecclesiam ibidem in Nechanicz per mortem domini Vncze vlt. et immed. eiusdem ecclesie vacantem (sic), in qua prefatus Cztiborius juspatronatus obtinere dinoscitur, discretum virum Cuniconem Johannis de Chlumek presbyterum Pragen. diocesis crida seu proclamacione premissa etc. Datum Prage Anno Domini 1390 die III. mensis Octobris.

**B. V.**

Ad altare sancti Johannis Baptiste in hospitali ante *Nouamcoloniam.*

Johannes Pomuk etc. Notum facimus tenore presencium vniuersis, quod nos in et ad altare santi Nicolai in hospitali ante Nouamcoloniam ad presentacionem et peticionem prouidi viri Wenceslai dicti Perl ciuis in Montibus cuthnis per mortem domini Johannis vltimi et immediati rectoris eiusdem vacans, in quo prefatus Venceslaus ciuis juspatronatus dinoscitur obtinere, discretum virum Mathiam natum Perlini clericum Pragen. diocesis crida seu proclamacione premissa etc. Datum Prage Anno Domini 1390 die tercia mensis Octobris.

Ad ecclesiam in *Zaton.*

Johannes Pomuk decretorum doctor etc. Quod nos ad presentacionem et peticionem honorabilium et Religiosorum virorum dominorum Abbatis et Conuentus Monasterij in Insula ordinis sancti Benedicti in et ad ecclesiam parochialem in Zaton per mortem fratris Nicolai vltimi et immediati ipsius ecclesie Rectoris vacantem, in qua prefati domini juspatronatus dinoscuntur obtinere, Religiosum fratrem Henricum professum Monasterij et ordinis predictorum crida seu etc. Datum Prage Anno Domini 1390 die V. mensis Octobris.

Ad altare sanctorum Blasij et Erasmi martirum in ecclesia sancti Leonardi.

Johannes Pomuk decretorum doctor etc. Quod nos ad presentacionem et peticionem prouidorum virorum Procopij Vitkonis de Praga et Jacubconis Benessawer ciuis Maioris Ciuitatis Pragensis in et ad altare sanctorum Blasij et Erasmi martirum in ecclesia sancti Leonardi dicte Ciuitatis Pragensis per mortem domini Conradi vltimi et immediati ipsius altaris rectoris vacans, in quo prefatis ciues juspatronatus dinoscuntur obtinere, discretum virum dominum Martinum presbyterum de Vteri Prag. diocesis crida etc. In cuius rei etc. Datum Prage Anno Domini 1390 die VII. mensis Octobris.

Ad ecclesiam in *Michalowicz.*

Anno quo supra die XI. mensis Octobris data est crida cum commissione et confirmacione domino Simoni olim plebano ecclesie in Dobrouitow ad ecclesiam in Michalowicz ex causa permutacionis cum domino Johanne olim plebano ecclesie in Michalowicz, de consensu Petri clientis de Zhorz dicte ecclesie in Michalowicz patroni, et fuit sibi pro executore plebanus in *Petrowicz.*



**B. V.**

Ad ecclesiam in *Dobrowitow.*

Anno quo supra die XI. mensis Octobris data est crida cum commissione et confirmacione domino Johanni olim plebano ecclesie in Michalowicz ad ecclesiam in Dobrowitow ex causa permutacionis cum domino Simone olim plebano ecclesie in Dobrowitow, de consensu Wenceslai et Sobyehrdonis clientum de Dobrowitow, et fuit sibi pro executore deputatus plebanus ecclesie in *Trziebetin.*

Ad ecclesiam in *Warensdorff.*

Johannes Pomuk etc. Notum facimus tenore presencium vniuersis, quod nos ad presentacionem et peticionem Nobilium virorum dominorum Johannis, Wenceslai et Petri fratrum de Wartemberg in et ad ecclesiam parochialem in Warensdorff Pragensis diocesis per mortem domini Johannis vltimi et immediati ipsius ecclesie rectoris, in qua prefati domini juspatronatus dinoscuntur obtinere, discretum virum dominum Johannem presbyterum de Olsnicz Missnensis diocesis crida etc. Datum Prage Anno Domini 1390 die XIII. mensis Octobris.

Ad ecclesiam in *Peczka.*

Johannes Pomuk etc., Quod nos in et ad ecclesiam parochialem in Peczka per resignacionem domini Johannis vltimi et immediati rectoris eiusdem vacantem ex causa permutacionis in manibus etc. de consensu honestorum virorum Wenceslai dicti Wolek nec non Marssonis de Bohunyeuicz dicte ecclesie in Peczka patronorum, discretum virum dominum Johannem olim plebanum ecclesie in Hrziedicz Luthomislensis diocesis cum dicto domino Johanne pro ecclesia in Peczka antedicta permutantem crida etc. Datum Prage Anno Domini 1390 die mensis Octobris.

Ad capellam sanctorum Petri et Pauli Apostolorum in cimiterio ecclesie parochialis in *Kdina.*

Johannes Pomuk etc. Notum etc., quod nos ad presentacionem et peticionem Nobilium virorum dominorum Hinczonis dicti Plug de Orlik et Ogerij de Rysmberg in et ad capellam

sanctorum Petri et Pauli Apostolorum in Cimiterio in Kdina ecclesie parochialis per mortem domini Budiczij vltimi et immediati ipsius vacantem, in qua prefati nobiles viri juspatronatus dinoscuntur obtinere, discretum virum dominum Thomam natum Templini de Czrnotin presbyterum Pragene diocesis crida etc. In cuius rei etc. Datum Prage Anno Domini 1390 die XVII. mensis Octobris.

**B. VI.**

Ad altare sanctorum Erasimi et Blasij Martirum in ecclesia *sancti Leonardi in Praga.*

Johannes Pomuk etc. Quod nos ad presentacionem et peticionem honestorum virorum Jacobi de Benessow et Procopij Vitkonis de Monte ciuium Maioris Ciuitatis Pragensis, ad altare sanctorum Erasimi et Blasij Martirum in ecclesia sancti Leonardi dicte Maioris Ciuitatis Pragensis per mortem domini Martini vltimi et immediati rectoris eiusdem vacans, in quo prefati ciues juspatronatus dinoscuntur obtinere, discretum virum Wenceslaum Tyczonis de Zacz clericum Pragen. diocesis crida seu proclamacione premissa etc. Datum Prage Anno Domini 1390 die XXI. mensis Octobris.

Ad plebaniam seu perpetuam Vicariam ecclesie *sancti Egidij* maioris Ciuitatis *Pragensis.*

Johannes Pomuk etc. Quod nos ad presentacionem et peticionem Venerabilis viri domini Witkonis Prepositi ecclesie sancti Egidij Pragensis in et ad plebaniam seu perpetuam vicariam eiusdem ecclesie sancti Egidij per mortem domini Duchconis vltimi et immediati eiusdem plebanie seu vicarie rectoris, in qua prefatus dominus Vitus Prepositus racione prepositure sue antedicte juspatronatus dinoscitur obtinere, honorabilem virum dominum Procopium canonicum ecclesie Wissegradensis propre Pragam presbyterum crida seu proclamacione premissa rectorem legitimum instituimus et vicarium, ipsumque de predicta plebania seu vicaria cum omnibus juribus et pertinencijs suis inuestiuimus et presentibus inuestimus, curam animarum et regimen ac administracionem spiritualium et temporalium eiusdem comittimus eidem, ipsum ad predictam plebaniam seu vicariam confirmantes. In cuius rei testimonium presentes literas fieri et sigilli Vicariatus nostri appensione iussimus communiri. Datum Prage Anno Domini 1390 die XXI. mensis Octobris.



Ad ecclesiam parochialem in *Czrhowicz.*

Johannes Pomuk etc. Quod nos ad presentacionem et peticionem Serenissimi Principis et domini domini Wenceslai Dei gracia Romanorum Regis semper Augusti et Boemie Regis in et ad ecclesiam parochialem in Czrhouicz per mortem domini Georgij vltimi et immediati ipsius ecclesie rectoris vacantem, in qua prefatus dominus Rex juspatronatus dinoscitur obtinere, discretum virum Petrum Marquardi de Wssehrd clericum Pragensis diocesis crida etc. In cuius rei testimonium etc. Datum Prage Anno Domini 1390 die vltima mensis Octobris.

**B. VI.**

Ad ecclesiam in *Brandiss.*

Johannes Pomuk decretorum doctor etc. Quod nos ad presentacionem et peticionem nobilis viri domini Tassonis de Bozkowicz alias de Brandiss, in et ad ecclesiam parochialem in Brandiss per mortem domini Nicolai vltimi et immediati ipsius ecclesie rectoris vacantem, in qua prefatus Tasso juspatronatus dinoscitur obtinere, discretum virum dominum Nicolaum de Cunsthat natum Ade presbyterum Olomucensis diocesis crida etc. Datum Prage Anno Domini 1390 die II. mensis Nouembris.

Ad ecclesiam in *Rychemberg.*

Anno quo supra die tercia mensis Nouembris data est crida cum confirmacione domino Buskoni olim plebano ecclesie in Skuhrow ad ecclesiam in Rychemberg ex causa permutacionis cum domino Andrea dicto Nach cum consensu domini Pothonis de Czastolouicz dicte ecclesie in Rychemberg patroni. Deputatus est sibi pro executore plebanus in *Opoczna.*

Ad ecclesiam in *Skuhrow.*

